



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio III. De vnione verbi incarnati. Et habet quinque articulos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

impeditur tamēā quadā naturali libertate, quā est absoluta ab omni obligatione ad locū corporale.

Ad xviii. dicendum, q̄ poena gehennae non solum est animarum, sed etiam corporum: propter hoc ponitur ignis maxime poena gehennalis, quia ignis est maxime corporum iudicium. Nihilominus tamen, & alia erunt afflictiva secundum illud psal. 10. Ignis sulphur &c. Competit etiam amori inordinato, qui est peccandi principium: ut sicut coelum empyreum respondet igni charitatis, ita ignis inferni respondeat inordinatae cupiditati.

Ad xix. dicendum, q̄ Augu. dicit non determinando, sed inquirendo: vel si hoc opinando dixit, expresse post modum hoc reuocat in 21. de ciuit. Dei: vel potest dici, q̄ substantia inferiorum dicitur esse spiritualis quantum ad proximum affligens: quod est ignis apprehensus, vt nocuus per modū detentionis, & alligationis.

Ad xx. dicendum, q̄ Greg. hoc introducit per modū obiectionis quorundam, qui credebant omnes penas, quae adeo infliguntur, esse purgatorias, & nullam esse perpetuam, quod quidē falsum est. Inferunt enim a Deo quadam poenae, vel in hac vita, vel post hanc vitam, ad emendationē, vel purgationem. Quaedā vero ad vitam damnationē. Nec tales poenae a Deo infliguntur eo, q̄ ipse delectetur in poenis, sed eo q̄ delectatur in iustitia fecerit quam peccantibus poena debetur.

Sic etiam apud homines quadam poenae infliguntur ad correctionem eius, qui puniuntur, sicut cum pater flagellat filium, quadam autem ad finalem condemnationem, sicut cum iudex suspendit latronem.

Ad xxi. dicendum, q̄ poenae sunt p̄ contrariū quātū ad intentionē peccantis. Nam peccans intendit proprie satisfacere voluntati, poena etiā est contraria voluntati ipsius, in quantum ex sapientia diuina procedit, vt illud in quo querit aliq̄s suam voluntatē implet, in contrarium ei vertatur. Et sic dicitur in lib. Sap. Per quae peccat quis, p̄ hanc, & torquetur. vnde quia anima peccat corporalibus inharendo, ad diuinā sapientia pertinet, vt per corporalia puniatur.

Ad xxii. dicendum, q̄ anima praemiat per hoc q̄ fruatur eo, quod est supra se, punitur autē p̄ hoc, q̄ subditur his, q̄ sunt infra ipsam. Et id praemia animarū nō sunt conuenienter intelligēda, nisi spūali ter: poenae autem intelliguntur corporaliter.

QVAESTIO III.

De vnione verbi incarnati.

Et habet quinque articulos.

- ¶ Primo enim quaeritur vtrū hęc vnio facta sit in persona vel in natura.
- ¶ Secūdo, Vtrū in Christo sit vna tm̄ hypostasis.
- ¶ Tertio, Vtrū Christus sit vnū naturaliter, vel duo.
- ¶ Quarto, Vtrū in Christo sit vnū tantum esse.
- ¶ Quinto, Vtrū in Christo sit vna tm̄ operatio.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum vnio verbi facta sit in persona.

QVAESTIO est de vnione verbi incarnati. Et primo quaeritur, vtrū hęc vnio facta sit in persona, vel in natura. Videtur autem, q̄ in natura. Dicit enim Athanasius, q̄ sicut anima rationalis, & caro vnus est homo, ita Deus, & homo vnus est Christus. Sed anima rationalis, & caro vnuntur in vnā naturam humanam, ergo Deus, & homo vnuntur in vnā naturam Christi.

¶ 2 Præt. Dam. dicit in 3. lib. Hoc facit haereticis er-

rorem, quia dicunt idem naturam, & hypostasim. Sed hoc non vñ falsum esse: quia in quolibet simplici, & praecipue in Deo, idē est suppositū, & natura. ergo non est falsum, quod haereticis dicit, q̄ si vnio facta sit in persona, q̄ sit facta in natura.

¶ 3 Præt. Dam. dicit in 3. lib. q̄ in conuertibiliter, & inalterabiliter vnitae sunt adinuicē duae naturae: sed vnio naturarū videtur importare vnionem naturalem, ergo vnio facta est in natura.

¶ 4 Præt. In omnibus illis in quibus suppositū aliquid habet praeter naturā speciei, vel accidēs, vel naturā individualement, necesse est q̄ differat suppositū a natura, vt patet per Philosophum in 7. Metap. Sed si vnio humanae naturae ad verbum nō est facta in natura humana, non pertinebit ad naturā speciei ipsius verbi, ergo sequetur, q̄ suppositū verbi sit aliud a natura diuina, quod est impossibile. videtur ergo, q̄ vnio facta sit in natura.

¶ 5 Præt. Omnis vnio terminatur ad aliquod vnū, quod est posterius ipsa vnione: sed vnitas personae verbi cum sit aeterna non est posterior vnione, quae facta est in plenitudine temporis. ergo vnio nō est facta in persona.

¶ 6 Præt. Vnio importat additamentum quoddā, vnde non potest fieri vnio in aliquo, quod est summa simplicitatis: sed persona verbi cum sit vere Deus, est summa simplicitatis, ergo in persona verbi non potest fieri vnio.

¶ 7 Præt. Duo quae non sunt unius generis, nō possunt in aliquo uniri, ex linea enim, & albedine non fit unum. Sed humana natura multo plus differt a diuina quam ea, quae differunt genere, ergo nō potest simul humanae, & diuinae naturae vnio fieri in persona una.

¶ 8 Præt. Persona, & natura verbi differunt solum secundum modum intelligendi, in quantum in persona verbi importatur relatio originis, non autem in natura: sed per relationem originis verbum nō refertur ad humanam naturam, sed ad patrem. ergo eodem modo se habent ad naturam assumptā persona verbi, & natura eius. Si ergo est facta vnio in persona, erit facta vnio in natura.

¶ 9 Præt. Incarnatio excitat nos ad Deum incarnatum diligendum. Sed non debemus plus diligere unam personam diuinam, quam aliam: quia quorū est eadem bonitas, debet esse eadem dilectio. ergo vnio incarnationis facta est in natura communi tribus personis.

¶ 10 Præt. Secundū Philosophū in 2. de aīa, viuere iuuentibus est esse: sed in Christo est duplex vita. scilicet humana, & diuina, ergo est illi duplex esse, & p̄ eōse quens duplex persona. Esse enim est suppositi, vel personae. Non ergo facta est vnio in persona.

¶ 11 Præt. Sicut forma partis comparatur ad materiam, ita forma totius ad suppositū. Sed forma partis nō potest esse, nisi in materia propria, ergo forma totius, quae est natura, nō potest esse, nisi in proprio supposito, quod est persona humana. Et eadem rōne natura diuina est etiā in persona diuina, ergo si sint ibi duae naturae, oportet q̄ sint ibi duae personae.

¶ 12 Præt. Omne, quod vere predicatur de aliquo, potest supponere pro ipso: sed natura diuina vere predicatur de persona verbi, ergo potest supponere p̄ ipsā. Si ergo facta est vnio in persona, vere potest dici, q̄ facta sit vnio in natura.

¶ 13 Præt. Omne, qd̄ unū alicui, aut unū ei essentialiter, aut accidentaliter. Sed humana natura nō unūtur

Capitu. 3. in princip. & 2 med. illius.

Com. 20. & 21. tom. 3.

Comen. 27. tom. 2.

vnitur verbo accidentaliter : quia sic retinet suã personalitatẽ, & essent duã personã. Omnis.n. substantia alteri adueniens retinet suã singularitatẽ; sicut vestis induta, & equus æquantis. ergo aduenit ei essentialiter quasi pertinens ad essentiam, vel naturam verbi. est ergo vnio facta in natura.

¶ 14 Præt. Nihil quod comprehenditur sub alio, extendit se ad aliquid extrinsecum, sicut quod comprehenditur sub natura cõprehenditur sub natura illa, vnde & dicitur res natura, sic enim cõprehenditur indiuiduum sub specie, sicut species sub genere. Cũ ergo verbum sit suppositum diuinã nature, non põt se extendere ad aliam naturam, vt sit eius suppositum, nisi efficiatur natura vna.

¶ 15 Præt. Natura se habet ad suppositum per modum formalioris, & simplicioris, & constituentis: hoc autem modo non põt se habere natura humana ad personam verbi. ergo persona verbi non potest esse persona humanã naturã.

¶ 16 Præt. Actio attribuitur supposito, vel personã quia actiões singularium sunt. scdm Philoso. Sed in Christo sunt duã actiões, vt Dam. probat in 3. lib. ergo sunt ibi duã personã. Non ergo facta est vnio in personã.

¶ 17 Præt. Persona diffinitur esse natura proprietate distincta. Si ergo facta est vnio in personã, sequitur qd facta sit vnio in natura.

SED CONTRA est, qd Angu. dicit in lib. de fide ad Petri: duarum naturarum veritas manet in Christo secundum vnã personã.

¶ 2 Præt. Ad Orosium dicit. Duas naturas cognoscimus in vna natura filij.

RESPON. Dicendũ, qd ad euidentiam huius questionis, primo oportet considerare, quid est natura. Secundo, qd est persona. Tertio, quomodo vnio verbi incarnati facta est in personã nõ in natura. Sciendum est ergo, qd nomẽ naturã nascendo sumitur, vnde primo est dicta natura quasi nascitura ipsã naturã viuentium, s. animalium, & plantarum, deinde tractũ est nomen naturã ad principũ prædictã natiuitatis. Et quia hmõĩ natiuitatis principium intrinsecum est, vterius deriuatum est nomen naturã ad significãdum interius principium motus, secundum, qd dicitur in 2. Physic. quia natura est principium motus in eo in quo est, per se, non s. m. accidens. Et quia motus naturalis præcipue in generatione terminatur ad essentiã speciei, vterius essentia speciei quam significat diffinitio natura vocat, vnde & Boc. dicit in lib. de duabus naturis, qd natura est vnumquodq; informans specifica differetia. Et hoc modo hic natura accipitur. Ad intelligẽdũ autẽ quid sit persona cõsiderandum est, qd si aliqua res est in qua non sit aliud quã essentia speciei, ipsa essentia speciei erit per se indiuidualiter subsistens. Et sic in hmõĩre idem esset realiter suppositum, & natura, sola ratione differens, in quantum. s. natura dicitur prout est essentia speciei, suppositum vero in quantum per se subsistit. Si vero aliqua res sit intra quam præter essentiã speciei quã significat diffinitio sit aliquid aliud, vel accidens, vel materia indiuidualis, tunc d suppositum non erit omnino idem quod natura, sed habebit se per additionẽ ad naturã, sicut apparet præcipue in his, quã sunt ex materia, & forma cõposita. Et quod dictũ est de supposito intelligẽdum est de personã in rationali natura, cũ persona nihil aliud sit qd suppositũ ronalis natu-

ra secundum qd Boc. dicit in lib. de duabus naturis quod persona est rationalis natura indiuidua substantia. Sic ergo patet, qd nihil prohibet aliquid in persona, quã nõ sunt vnita in natura, quod non pertinet ad naturam speciei. Et hoc tur ei personaliter nõ naturaliter. hoc igitur accipiendum est qd natura humana vnita est Dei in persona non in natura: quia si non vnita ad naturam diuinã, pertinet autem ad personã ipsius, in quantum persona verbi assumendo vnxit sibi humanam naturam. Sed de modo huius diuini coniuñtionis dubitatio & discordia accidit, quod demum enim in creaturis qd dupliciter aduenit aduenit, scilicet accidentaliter, & essentialiter. Historius igitur & ante ipsum Theodorus Nestorius stenens posterunt naturam humanam esse verbo accidentaliter, scilicet secundum inhabitationem, ponentes qd verbum Dei erat homini Christo, sicut habitã in ipso exemplo suo. Videns autem qd omnis substantia alteri accidentaliter retinet seorsum suã singularitatem sicut vestis adueniens hominẽ domus continens habitatore, vnde sepe homo ille habuerit propriam singularitatem est personalitas eius. sequatur ergo secundum quod in Christo persona hominis distincta persona a persona verbi, & qd alterius hominis & alius filius Dei: vnde Beatus non confitebatur matrem Dei, sed matrem hoc est oĩno absurdum. Primo quod in scriptura aliter loquitur de hominibus, quod verbum Dei habitauit per gratiã, & aliter nam de alijs dicit qd factum est verbum prophetã sed de Christo dicit, Verbum factum est: homo quasi ipsum verbum homo. Secũdo, qd Apostolus ad Philipos nẽ exinanitionẽ filij Dei vocat. Manifestum inhabitatio gratiã nõ sufficit ad rōnem nis, alioquin exinanitio cõpeteret non solum sed et Patri & Spiritu sãcto, de quo dicitur 14. Apud nos manebit, & in vobis erit, & cetera. Ad eum veniemus, & apud eum manebit. I mus, propter hoc igitur & multa alia propter ror damnatus est in concilio Ephesino. Quarto cum Nestorio sustinentes humanã naturã accidentaliter verbo aduenisse, voluerunt equalitatẽ personarum, quam ponebat Nestorius qd verbum assumpsit animã & corpus humanum non vnita, vt sic non constitueret persona ex anima & corpore. Sed ex hoc sequitur inconueniens, qd Christus non vere fuerit cum rō hois consistat in vnione aĩe & corpore, ideo et hic error damnatus est sub Alexãndro in concilio Turonensi. Alij vero accipientes partem, ponẽtes naturam humanã verbo accidentaliter aduenire, vt quasi constaretur una essentia, ex natura diuinã & natura humanã hoc quidem Appollinaris Laodicẽsis tra posuit, vt Leo Papa dicit in Epistola quã Constantinopolitã nos: quorum primum huius animã nõ esse unitam in Christo, sed vnã loco aĩe aduenisse, & sic ex verbo & corpore vnã naturã, sicut in nobis ex aĩe & corpore quodẽ dogmate Appollinaris securus est. Sed quia Euangelica scriptura exprẽdit Christum loquitur secundum illud Ioan. 1. Verbum

Lib. 1. Met. cap. 1. part. ante med. 10. 5. cap. 15.

Lib. 7. ca. 17. & 18. to.

Arg. 2. Ang. in dialogo dist. 5.

Coment. 1. tom. 2.

In 2. pag. 2 prin. libri.

D. 117.

habeo ponendi aſam meā, incidit in ſecundū dog-  
 ma, vt poneret quidē aſam ſenſitiuā eſſe ī Chriſto,  
 non autē rōnalem: ſed verbum fuiſſe homini Chri-  
 ſto loco intelleſtus: ſed hoc eſt inconueniēs, quia  
 ſm hoc verbum nō aſſumpſiſſet humanam, ſed be-  
 ſtialem naturam, vt Augu. cōtra eum arguit in lib.  
 83. q. Tertium dogma eius fuit, q̄ caro Chriſti eſt  
 de ſemina ſumpta, ſed facta de verbo in carnē muta-  
 ro atque cōuerſo: hoc autem eſt maxime impoſſi-  
 bile, quia verbū Dei eum ſit verē Deus eſt immuta-  
 bile omnino, vnde propter hęc dogmata damna-  
 tus eſt Appollinaris in cōcilio Conſtantinopolita-  
 no, & Eutices qui eius tertium dogma executus eſt  
 in concilio Calcedonenſi. Sic igitur ſi nō eſt facta  
 vnio in perſona, ſed ſolum ſm habitationē ſecūdū  
 Neſtorium, nihil noui in Chriſti incarnatione ac-  
 cidit. Quod vero facta ſit vnio in natura ſecundum  
 Appollinarē, & Euticē, eſt omnino impoſſibile, quia  
 enim ſpecies rerū cum ſint ſicut numeri in quibus  
 addita, vel ſubtrahā vnitate variant ſpēm, vt dicitur  
 in 8. Metaph. quæcūq; natura eſt in ſe perfectā, im-  
 poſſibile eſt, q̄ recipiat alterius naturæ additionē,  
 vel ſi reciperet, non eſſet eadē natura, ſed alia: di-  
 uina autē natura eſt perfectiſſima, ſimiliter etiam hu-  
 mana natura habet perfectionem ſuæ ſpeciei: vnde  
 impoſſibile eſt, q̄ vna alteri adueniat vnione natu-  
 rali. Et ſi eſſet poſſibile iam id, quod ex vtroq; cō-  
 ſtitueretur, neque eſſet natura diuina, neque huma-  
 na. Et ſic Chriſtus eſſet, neque homo, neque Deus,  
 quod eſt incōueniens. Relinquitur ergo, q̄ huma-  
 na natura non eſt vnita verbo, neq; accidentaliter,  
 neque eſſentialiter, ſed ſubſtantialiter, ſecundū q̄  
 ſubſtantia ſignificat hypoſtaſim, & hypoſtaſice, vel  
 perſonaliter, huius autē vnionis exemplum in rebus  
 creatis nullum eſt propinquius, quā vnio animæ  
 rōnalis ad corpus, quod ponit Athanaſius. Nō qui-  
 dem ſecundum q̄ anima eſt forma corporis, quia  
 verbum nō pōt eſſe forma in materia, ſed ſecundū  
 q̄ corpus eſt animæ instrumentum, nō quidē ex-  
 trinſecum, & aduentitium, ſed proprium, & conſū-  
 ctum: vnde & Damascenus dicit, humanam naturā  
 eſſe organū verbi. Eſſet autem adhuc ſimilis, ſicut  
 Aug. dicit contra Felicianum, ſi ſingamus ſicut ple-  
 riq; volunt eſſe in mundo aſam generalē, paſſibile  
 materiā ad diuerſas formas vnā faceret ſecū eſſe p-  
 ſonā. Sed tñ omnia huiusmodi extra ſunt deficien-  
 tia, quia vnio instrumenti eſt accidentalis: ſed hęc eſt  
 quedam vnio ſingularis ſupra oēs modos vnionis  
 nobis notos. Sicut enim Deus eſt ipſa bonitas, &  
 ſuum eſſe, ita etiam eſt ipſa vnitas per eſſentiam. Et  
 ideo ſicut virtus eius non eſt limitata ad iſtos mo-  
 dos bonitatis, & eſſe qui ſunt in creaturis, ſed pōt fa-  
 cere nouos modos bonitatis, & eſſe nobis incogni-  
 tos, ita etiā per infinitatē ſuæ virtutis pōtuit facere  
 nouum modū vnionis, vt humana natura vniretur  
 verbo perſonaliter, nō tñ accidentaliter, quā vnio  
 ad hoc in creaturis nullum ſufficiens exemplum in-  
 ueniatur, vnde Aug. dicit in Epistoſa ad Voluſianū  
 de hoc myſterio loquens. Si ratio quæritur, nō eſt  
 admirabile: ſi exemplū poſcitur, non eſt ſingulare, de-  
 mus Deo aliquid poſſe, quod fateamur nos inueſti-  
 gare non poſſe. In talibus enim tora ratio facti eſt  
 pōtētia faciētis. Et Dionyſ. dicit in cap. 2. de diu. no-  
 leſus ſecundum nos diuina compoſitio, id eſt vnio,  
 & ineffabilis eſt verbo omni, & ignota mēti, tamē  
 & ipſi primo digniſſimum angelorum.

Ad PRIMVM ergo dicendum, q̄ ſimilitudo non

**A** attenditur, quantum ad hoc q̄ ex anima & carne ſit  
 vna hominis natura, ſed quantum ad hoc, q̄ vtro-  
 bique conſtituitur vna perſona.

Ad SECUNDVM dicēdū, q̄ quis in diuinis, natura  
 & ſuppoſitū ſiue pſona nō differat realiter, differūt  
 tamē rōne, vt dictum eſt. Et quia idem eſt ſubſiſtēſ  
 in natura humana & diuina, nō autem eadem eſſen-  
 tia ex vtroque componitur, inde eſt q̄ vnio facta eſt  
 in perſona, ad cuius rationem pertinet ſubſiſtere,  
 nō eſt autem ad naturam, quæ importat eſſentiā rei.

**B** Ad TERTIVM dicēdū, q̄ natura q̄dē vnita ſunt  
 in Chriſto, nō tamen in natura, ſed in perſona: quod  
 apparet ex hoc ipſo, q̄ dicuntur inconuertibiliter  
 & inalterabiliter naturæ eſſe vnite.

Ad QUARTVM dicēdū, q̄ hæretici dicētes q̄ non  
 eſt facta vnio in perſona, ſed q̄ ſit facta vnio in natu-  
 ra, non reputabant aliud eſſe perſonam & aliud natu-  
 ram, nec re nec ratione, & ideo decipiebantur.

Ad QVINTVM dicendum, q̄ proprie ſecundum  
 vnionem dicitur aliquid vnitum, ſicut ſecundum  
 vnitatem dicitur aliquid vnum. Et ideo, vnio non  
 intelligitur terminari ad perſonam diuinam, ſecun-  
 dum quod eſt vna in ſe ab æterno, ſed ſecundum  
 quod eſt vnita humanæ naturæ in tempore. Et ita  
 vnio ſecundum modum intelligendi præcedit per-  
 ſonam, non prout eſt vna, ſed prout eſt vnita.

**C** Ad SEXTVM dicēdū, q̄ vnio nō dī fieri in perſo-  
 na diuina, quaſi ipſa perſona diuina conſtituatur ex  
 duobus ſibi iuicem vnitis, hoc enim eius ſummæ  
 ſimplicitati repugnaret, ſed dī vnio eſſe facta in per-  
 ſona in quantum diuina perſona ſimplex ſubſiſtit in  
 duabus naturis, ſcilicet diuina & humana.

Ad SEPTIMVM dicēdū, q̄ duo quæ ſunt diuer-  
 ſa ſm genus, non vniantur in vnā eſſentiā vel natu-  
 ram, nihil tamē prohibet quin vniantur in uno ſup-  
 poſito. Sicut ex linea & albedine non ſit aliqua eſ-  
 ſentia, inueniuntur tamen in uno ſuppoſito.

Ad OCTAVM dicēdū, q̄ perſona filij Dei du-  
 pliciter poteſt conſiderari: uno modo, ſecundum  
 communem rationem perſonæ, prout ſignificat  
 D quoddā ſubſiſtēs. Et ſm hoc vnio facta eſt in pſona,  
 ſecūdum rationem perſonæ, ſicut ſupra dictum eſt. In corp. art.  
 Alio modo, poteſt in perſona filij conſiderari id,  
 quod eſt proprium perſonæ filij, ſcilicet relatio, qua  
 refertur ad patrem. Et ſecundum huius relationis  
 rōnem, non cōſideratur vnio duarum naturarum.

Ad NONVM dicēdū, q̄ ſicut incarnatio nihil bo-  
 nitatis adijcit ad pſonā diuinā, & ita eſt nihil adijcit ei  
 diligibilitatis: vnde perſona verbi incarnati non eſt  
 plus diligenda q̄ perſona verbi ſimpliciter, licet ſit  
 ſecundum aliam rationem diligenda, quæ tamen ra-  
 tio ſub vniuerſali bonitate verbi comprehenditur.  
 Et propter hoc eſt non ſegret ſi incarnationis vnio  
 facta eſt in una perſona & non in alia, quod propter  
 hoc una perſona ſit magis diligenda quā alia.

**E** Ad X. dicendum, q̄ eſſe eſt & perſonæ ſubſiſten-  
 tis & naturæ in qua perſona ſubſiſtit, quaſi ſecun-  
 dum illam naturam eſſe habens. Eſſe igitur perſonæ  
 verbi incarnati eſt unum ex parte perſonæ ſubſi-  
 ſtentis, non autem ex parte naturæ.

Ad XI. dicēdū, q̄ nō eodē modo ſe habet natu-  
 ra ad ſuppoſitum, ſicut ſe habet forma ad materiā.  
 Materia n. nō conſtituitur in eſſe niſi per formā, &  
 ideo forma requirit determinatam materiam, quā  
 faciat eſſe in actu: ſed ſuppoſitum nō ſolum cōſtitui-  
 tur per naturam ſpeciei, ſed etiam alia quædam po-  
 teſt habere. Et ideo nihil prohibet naturā aliquam  
 attribui

attribui supposito alterius naturæ.

AD XII. dicendum, q̄ natura diuina prædicatur de persona diuina propter identitatem rei, non autem secundum proprietatem modi significandi. Et ideo, non oportet q̄ supposito vno supponatur alterum: quia etiam in diuinis hæc est vera, essentia generat.

AD XIII. dicendum, q̄ humana natura vnita est verbo, non quidem accidentaliter, neque etiam essentialiter, quasi pertinens ad diuinam naturam verbi, sed substantialiter, idest hypostatice, quasi pertinens ad verbi hypostasim vel personam.

AD XIV. dicendum, q̄ persona verbi comprehenditur sub natura verbi. Nec potest se ad aliquid ultra extendere: sed natura verbi ratione suæ infinitatis comprehendit omnem naturam finitam. Et ideo, cum persona verbi assumit naturam humanam, nõ se extendit ultra naturam diuinam, sed magis accipit quod est infra. vnde dicitur ad Philip. 12. q̄ Cum in forma Dei esset Dei filius semetipsum exinaniuit, non quidem deponens magnitudinem formæ Dei, sed assumens paruitatē humanæ naturæ.

AD XV. dicendum, quod sicut natura verbi est infinita, ita & persona verbi infinita est. Et ideo natura diuina verbi correspondet ex æquo ipsi personæ verbi secundum se: natura autem humana correspondent verbo secundum quod factum est homo. vnde non oportet quod natura sit simplicior & formalius illo homine, qui est verbum caro factum, & constituens ipsum in quantum est homo.

AD XVI. dicendum, q̄ actio est supposita, secundum aliquam naturam vel formam. Et ideo, non solum diuersificantur actiones secundum diuersitatē suppositorum, sed etiã secundum diuersitatem naturæ vel formæ, sicut etiã in vno & eodem homine, alia actio est videre, & alia audire, propter diuersas potentias: vnde in Christo propter duas naturas sunt duæ actiones, licet sit vna persona vel hypostasis.

AD XVII. dicendum, q̄ persona est quidem substantia distincta proprietate ad dignitatē pertinente, nõ autem secundum q̄ substantia significat essentiam vel naturam, sed secundum q̄ significat hypostasim.

ARTICVLVS II.

*Vtrum in Christo sit vna tantum hypostasis.*

SECUNDO queritur, vtrum in Christo sit vna tantum hypostasis vel suppositum, aut duo. Et videtur quod non sit vna tantum. Dicit enim Aug. in lib. contra Felicia. In mediatore Dei & hominum, aliud Dei filius, aliud hominis filius fuit. Sed nihil quod est vnum supposito vel secundum hypostasim est aliud & aliud. ergo in Christo non est vnum suppositum tantum vel hypostasis.

¶ 2 Præt. Aug. dicit in lib. de Tri. q̄ in Christo vtrumque est Deus propter suscipientem Deum, & vtrumque est homo propter suscipientem hominem: sed nihil quod est vnum supposito uel secundum hypostasim est duo vt possit dici vtrumque. ergo in Christo non est vna hypostasis tantum, siue suppositum.

¶ 3 Præt. Natura humana in Christo quædam substantia est. Sed non fuit substantia vniuersalis: quia substantia vniuersalis non est extra animam. ergo fuit substantia particularis. Sed substantia particularis est hypostasis. ergo in Christo humana natura fuit hypostasis: sed humana natura in Christo est aliquid præter hypostasim verbi Dei. ergo in Christo est aliqua hypostasis præter hypostasim verbi Dei. Et ita in Christo sunt plures hypostases.

¶ 4 Præt. Hoc nomē hō, vniuoce dicitur de Christo, & de Petro: sed cum dicitur de Petro, nihil aliud importat q̄ aliquid cōpositum ex aia rationali, & corpore. ergo neque etiã cum dicitur de Christo. sed præter aiam, & corpus est in Christo hypostasis vel suppositū verbi Dei. ergo in Christo aliud est hypostasis, vel suppositum humanæ naturæ, & aliud hypostasis, vel suppositū diuinæ. Et sic in Christo non est vna tantum hypostasis, vel suppositum.

¶ 5 Præt. Nihil infinitum contineri potest sub natura finita: sed suppositum, vel hypostasis Dei verbi infinitatē habet. ergo non potest contineri sub natura humana, quæ est finita: sed omne suppositum continetur sub natura cuius est suppositū. ergo suppositum, quod est verbum Dei, nõ potest esse suppositū humanæ naturæ, sed necesse est esse aliquid aliud suppositū. ergo in Christo est aliquid aliud suppositum præter suppositum, quod est verbum Dei. Et sic ergo in Christo duo supposita, vel hypostases.

¶ 6 Præt. Sicut se habet genus ad speciem, ita se habet spēs ad indiuidua. Sed eadē species non potest esse in diuersis generibus. ergo vnum indiuiduum non potest esse in diuersis speciebus: sed hypostasis est substantia indiuidua, & similiter suppositū. ergo non potest esse vna hypostasis, vel suppositum humanæ naturæ, & diuinæ, quæ non sunt vnius speciei.

¶ 7 Præt. Sicut in trinitate est vna natura in tribus personis, ita in Christo sunt duæ naturæ in vna persona: sed tres personæ sunt vnum pp vnitatē naturæ, secundum illud Ioan. 10. Ego & pater vnū sumus. ergo Christus est duo propter dualitatem naturarū: sed de nullo quod est vnum supposito, vel fm hypostasim potest dici, q̄ sint duo. ergo Christus nõ est vnum supposito, vel secundum hypostasim.

¶ 8 Præt. Christus secundum q̄ est filius Dei habet aliquid commune cum patre, secundum autem q̄ dicitur filius hominis nihil habet cum patre commune. ergo in Christo aliud est filius Dei, & aliud filius hominis. Nõ est ergo vnum suppositum, vel secundum hypostasim.

¶ 9 Præt. Id quod est de se in cōmunicabile, non potest esse post se cōicabile, sicut nec quod de se est impossibile, potest fieri possibile, vt Cōm. dicit in 1. 2. Neque tap. Sed humana natura fm, q̄ est in Christo de se in cōmunicabilis, cũ sit aliqd particulare. ergo non potest cōicari supposito diuinæ naturæ, & diuinæ.

¶ 10 Præt. Vnūquodq; resoluū in ea, ex quibus cōstitit. Si detur p impossibile, q̄ verbi Dei deponeret humanā naturā, iam humana natura haberet hypostasim propriā, & suppositum. ergo & adhuc vnus habet propriā hypostasim, & suppositum. non ergo est ibi vna hypostasis tm, vel suppositum vni.

¶ 11 Præt. Nõ magis deperdet natura a supposito q̄ suppositū a nã. sed nõ potuit a verbo Dei assumi suppositū humanæ naturæ, q̄ assumere ipsa nã humana. ergo neq; potuit assumi nã humana, q̄ assumere suppositū humanæ naturæ. Sed assumens nõ est suppositū verbi Dei. ergo i Chro sūt duo supposita.

¶ 12 Præt. Aia, & corpus in Christo non fuerunt in nobis uirtutis, aut dignitatis, quàm in nobis. Sed in nobis ex cōpositione animæ, & corporis constituitur hypostasis siue suppositum. ergo & in Christo non aut suppositum, vel hypostasis verbi Dei, est eternū, cum prædicta unio sit temporalis. ergo in Chro sunt duo supposita, uel duæ hypostases.

¶ 13 Præt.

Cap. 11. in fi. tom. 6.

Li. 2. c. 7. circa fi. tom. 3.

¶ 13 Præter. In Christo sunt tres substantia, corpus, anima, & Deus: sed anima non est suppositum corporis: ergo Deus non est suppositum humane nature.

¶ 14 Præter. Secundum Porphyrium indiuiduatione facit aggregatio proprietatum quas impossibile est in alio reperiri: sed in Christo fuit aggregatio proprietatum pertinentium ad humanam naturam: quæ non possunt in alio reperiri: ergo fecerunt indiuiduationem: non autem indiuiduationem verbi Dei, quod non est susceptiuum accidentium: ergo in Christo est aliud indiuiduum siue suppositum quam suppositum verbi Dei. Sunt ergo in Christo duo supposita.

¶ 15 Præter. In his quorum non est aliqua proportio, non potest fieri vnum: sed diuina natura quæ est infinita, nulla est proportio ad humanam quæ est finita: ergo non potest ex duabus naturis fieri vna hypostasis vel vnum suppositum.

¶ 16 Præter. Generatio terminatur ad suppositum, particulare enim est quod generatur: sed in Christo est duplex natura temporalis, scilicet æterna: ergo in Christo est duplex suppositum & non vnum tantum.

¶ 17 Præter. Verbum Dei assumpsit corpus & animam, non quidem vt separata, sed vt vnita: sed suppositum humane nature nihil est aliud quam anima & corpus prout sunt vnita: ergo in Christo est aliud suppositum præter suppositum verbi Dei.

¶ 18 Præter. Non potest esse idem simplex & compositum, sed suppositum humane nature est compositum, cum humana natura sit composita. non enim suppositum potest esse simplicius, quam natura cuius est suppositum. ergo cum suppositum diuina nature sit simplex, erit in Christo illud suppositum præter suppositum diuina nature.

SED CONTRA est, quod Damasc. dicit in 3. lib. In Dño Iesù Christo vnã hypostasim cognoscimus.

¶ 2 Præter. Eorum quæ differunt supposito, vnum de altero non predicatur. Si ergo in Christo esset aliud suppositum hominis & aliud Dei, non posset dici quod homo sit Deus vel Deus est homo, quod est erroneum. non ergo in Christo est aliud suppositum Dei & aliud hominis.

RESPOND. Dicendum, quod quidam volentes euitare Nestorij hæresim ponentis in Christo duas personas posuerunt in Christo vnã personã: sed duas hypostases, siue duo supposita: dicentes hunc hominem demonstrato Christo esse suppositum & hypostasim humane nature, non autem diuinã, quia p hoc qd dicitur hic homo, nihil aliud importatur qd quedam particularis substantia ex anima & carne composita: pertinere tamen dicebant humanã hypostasim vel suppositum ad personam verbi, propter hoc qd est a verbo assumpta. & hæc est opinio, quæ ponitur prima in 7. dist. 3. sent. sed qui hoc posuerunt, primo quidem vocem propriam ignorauerunt. hypostasis enim nihil aliud est quã indiuidua substantia, quæ etiam, significatur noie suppositi. Dicit autẽ Boer.

in lib. de duabus naturis, qd psona est indiuidua substantia rationalis nature. Sic ergo patet, qd non potest esse hypostasis rationalis nature, quin sit persona. Manifestum est autem naturam humanã esse rationalem naturam. vnde, si in Christo sit propria hypostasis humane nature, vel propriu suppositum præter hypostasim vel suppositum verbi Dei, cõsequens est qd sit propria psona humane nature in Christo, præter hypostasim verbi, & sic non differt hæc positio a positione Nestorij. Secundo, quia si detur qd persona addat supra hypostasim in rationali natura

A proprietatẽ aliquã ad dignitatẽ pertinentem, sicut dicuntur aliqui personarũ habere, quasi aliquam dignitatẽ habentes, sequetur quod vnio humane nature ad verbũ non sit facta, nisi in aliquo accidentali, idest in aliqua proprietate ad dignitatẽ pertinentẽ, quod etiã Nestorius posuit. Vnde sciendum est, hoc esse hæresim dãnata in quinto concilio apud Constantinopolim celebrato, vbi sic legitur. Si quis introducere conatur in mysterio Christi duas substantias, seu duas personas in vnã personam dici secundum dignitatẽ, & honorẽ, & adorationem, sicut Theodorus, & Nestorius insipientes consenserunt, talis anathema sit. Nec enim adiectione personæ, vel substantiæ suscipit sancta Trinitas incarnato vno de sancta Trinitate Dei verbo. Vt igitur sciri possit quid in talibus cõcedendum sit, & quid negandum, considerandum est, qd nomen ad indiuiduationem pertinentium siue sint nomina primæ impositionis, sicut persona, & hypostasis, quæ significant res ipsas, siue sint nomina secundæ impositionis, sicut indiuiduum suppositum, & huiusmodi, quæ significant intentionẽ indiuidualitatis: quædã eorum pertinent ad solũ genus substantiæ, sicut suppositum, & hypostasis, quæ de accidentibus non dicuntur, & persona in rationabili natura, & etiã res natura secundum acceptionem Hilarij: quædã vero pertinent ad indiuiduationem in quocumq; genere, sicut indiuiduum, particulare, & singulare, quæ etiã in accidentibus dicuntur. Est autẽ substantiæ proprium, vt per se, & in se subsistat: accidentis autẽ est in alio esse. & ideo illa nomina, quæ pertinent ad indiuiduationem substantiæ in illis solum locũ habent, quæ per se, & in se subsistunt. & propter hoc etiam de partibus substantiarum non dicuntur, quia non sunt in seipsis: sed in toto, quãuis non sint in subiecto, de quibus tamen dici possunt nomina ad indiuiduationem pertinentia conuenienter tam in substantijs, quam in accidentibus. non enim potest dici, quod hæc manus sit persona, vel hypostasis, aut suppositum, quãuis dici possit, quod sit aliquid particulare singulare, vel indiuiduum. Manus enim, & si pertinet ad genus substantiæ, quia tamẽ non est substantia completa in se subsistens, non dicitur hypostasis, aut suppositum, vel persona. Sic igitur, quia humana natura in Christo, non per se separatim subsistit, sed existit in alio, idest in hypostasi verbi Dei, non quidem sicut accidens in subiecto, neque proprie sicut pars in toto: sed per ineffabilem assumptionẽ, ideo humana natura in Christo potest quidẽ dici indiuiduum aliquod, vel particulare, vel singulare, nõ tamen potest dici, vel hypostasis, vel suppositum, sicut nec persona. vnde relinquitur, quod in Christo non est, nisi vna hypostasis, vel suppositum, scilicet diuini verbi.

B C

AD PRIMVM ergo dicendũ, qd de Christo dicitur, & diuina, & humana, & si quaeratur id, de quo dicuntur, vnum & idem est, si autẽ cõsideretur id secundum, qd predicatur aliud, & aliud est, vt Augustinus dicit in 1. de Tri. quia secundum naturam diuinam de Christo predicatur diuina quidem secundum naturam diuinam, humana vero secundum naturã humanam. Cum ergo dicitur, qd in Christo aliud est Dei filius, & aliud hominis filius, alteras non est referenda ad id, de quo vtrũque predicatur, quod est vnum suppositum vtriusq; filiationis: sed ad id secundum, quod predicatur. & ideo Augustinus ibidem subiungit aliud inquam pro distinctione substantiarum.

Quæst. dist. S. Tho. HH stan-

A. 3. h. 8. canon. 5. tom. 2. concil.

3. de Trinit. paulo ante medium.

Cap. 7. circa finem. 3.

Aug. contra Felicianũ c. 22. in fine illius tom. 6.

stantie, id est nature, non alius pro unitate persone.

AD SECVNDVM dicendū, q̄ de Christo p̄dicat̄ q̄dē diuina natura, sed humana natura de eo p̄dicari nō p̄t, sicut nec de Petro cum quo est vniuoce hō. vnde nō p̄t dici, q̄ Christus sit duo, vel vtrumque quasi sint duæ naturæ. Suppositum autem humanæ naturæ p̄dicatur quidē de Christo, sed non ponit in numerum cum supposito diuinæ naturæ, vt ostē sum est: unde relinquitur, q̄ cum Christus dicitur utrumque, intelligatur materialiter, sicut cum dī paries, & tectum sunt domus, quia utrumque ad unā domum concurrunt: unde & Aug. in lib. cōtra Felicianum dicit, q̄ unus atque idem homo, & corpus docetur, & animus: vel p̄t dici, q̄ hoc q̄ dicitur vtrumque, referendum est ad numerum nominum duas naturas significātiū: homo. n. Christus dicitur, & Deus, & homo, sicut & Deus uerbum, dicitur Deus, & homo. & hoc est, q̄ dī vtrumque Deus, p̄p̄ suscipientem Deum, quia. hoc nomen Deus p̄dicatur, & de Deo, & de homine, & utriusque homo, propter suscipientem hominem, quia hoc nomen homo de utroque p̄dicatur.

AD TERTIVM dicendū, q̄ ad rōnem hypostasis, uel suppositi non sufficit, q̄ aliquid sit particulare in genere substantiæ, sed ulterius requiritur, q̄ sit perfectum, & in se subsistens, ut dictum est.

AD QVARTVM dicendū, q̄ uniuocatio, & æquiuocatio attenditur, s̄m q̄ ratio nominis est eadē, uel non eadē. Ratio autē nominis est, quam significat definitio. & ideo æquiuocatio, & uniuocatio s̄m significationē attenditur, & non secundū supposita. & ideo hoc nomen homo, uniuoce dicitur de Christo, & de Petro, quia utrobique significat unā naturam, scilicet humanam, compositam ex anima, & corpore: sed in Christo supponit suppositū æternum, quod non supponit in Petro.

AD QVINTVM dicendū, q̄ esse infinitum cōuenit supposito, uel hypostasi uerbi Dei, secundū diuinā naturā: secundum uero humanā naturā competit ei esse sub natura humana: unde Dionys. dicit i. cap. de diuina. nomin. q̄ intra nostram factus est naturam, qui omnem ordinem, secundum omnem naturam supersubstantialiter excedit.

AD SEXTVM dicendū, q̄ nomē speciei significat naturā sicut, & nomen generis: unde si una species esset in diuersis generibus, sequeretur q̄ una natura essent duæ naturæ: sed in diuiduum importat aliquid, q̄ non pertinet ad naturam. & ideo non est contra rationem indiuidui, q̄ idem indiuiduum sit suppositum duarum naturarum.

AD SEPTIMVM dicendū, q̄ natura diuina est omnino idē s̄m rem, cum qualibet trium p̄sonarum: & ideo tres p̄sonæ possunt dici esse unum: sed humana natura non est omnino idē s̄m rē cum suo supposito, & ideo non p̄dicatur de eo: & sic nō p̄t Christus dici esse duo propter duas naturas.

AD OCTAVVM dicendū, q̄ filius Dei habet cōmune cum patre diuinam naturam: non autē hypostasim, uel personam. Filius autem hominis nō habet commune cum Deo patre, nec hypostasim, nec naturam: unde ex hoc non sequitur, q̄ inter filium Dei, & filium hominis sit distinctio in persona, uel hypostasi, sed solum in natura.

AD NONVM dicendū, quod natura humana assumpta a uerbo Dei, in quantum est indiuidua, habet quod non possit esse in multis, & secundum hoc dicitur incommunicabilis: sed ex hoc ipso,

quod est natura, habet q̄ sit in aliquo supposito.

AD X. dicendū, quod humana natura non est uerbo unita, quia non secundum se eadem habet proprium suppositum, uel hypostasim, sed ter personam uerbi: sed si separaretur a uerbo, haberet non solum propriam hypostasim, sed etiam propriam personam, quia se existeret, sicut etiam pars corporis communi diu est indiuisa a toto, est in potentia & non in se, sed solum facta diuisione.

AD XI. dicendū, quod in supposito in natura, non autem e conuerso: & ideo non assumi suppositum quin assumeretur natura: enim e conuerso contingere.

AD XII. dicendū, quod vnio anime & uerbi in Christo ex hoc ipso est dignior quā in his, quia non terminatur ad suppositum, sed ad suppositum æternum uerbi Dei.

AD XIII. dicendū, q̄ anima unita corpori forma eius ad constituendum humanam naturam non sic autem unitur in Christo diuinæ naturæ, quia nō est facta vnio in natura, ut supra est: & ideo non est similis ratio.

AD XIV. dicendū, q̄ propriū accidentis gatio sufficēter probat indiuiduationem naturæ in Christo: non autem q̄ habetur suppositi uel hypostasis, quia non per se vnio humanæ naturæ ad personam uerbi in Christo, ut ad quæritur ei quod copulans ipsam, uel secundum aliquam partem certam a persona uerbi excedatur, nec persona uerbi excedens humanam infinitum. Qui tamen infinitus excedit, quin quodam ineffabili modo copulans manam naturam sibi copulauit in unitate stasis, quinimo infinita uirtus animæ eius ad maiorem unionem operatur.

AD XVI. dicendū, quod generatio ad suppositum quidem, sicut quod generatur natura autem sicut ad id, quod per generationem accipitur: vnde forma dicitur generata. & quia generationes & motus secundum minus distinguuntur, inde est quod Christus natiuitates secundum duas naturas: sed in seens propter suppositi unitatem.

AD XVII. dicendū, quod anima & corpus constituunt suppositum & hypostasim, per se stat quod ex utroque componitur, quod supposito non contingit.

AD XVIII. dicendū, quod Christus est secundum diuinam naturam, compositam secundum naturam humanam, ut patet per se s̄m i. cap. de diuinis nominibus.

ARTICVLVS III.

UTRUM CHRISTVS SIT VNVM NATVRÆ VEL DUAS NATVRAS. **T**ERTIO queritur, utrum Christus sit naturaliter, uel duo. & uidetur quod sit naturaliter. Dicit enim Augustinus i. de Trinitate forma Dei suscepit formam hominis uerbo Deus, & utrumque homo: sed in eo quod est tantum, non potest dici utrumque. ergo non est unum tantum, sed duo. **P**atet. Sicut in tribus p̄sonis diuinis dicitur, ita in una p̄sona Christi sunt duæ nature: p̄sonæ diuine dicitur unū propter unitatem

In corp. ar.

Cap. i. de cl. nando ad finem tom. 6.

In corp. art.

Circa mediū illius.

In corp. ar.

In corp. ar.

ergo Christus dicitur est duo ppter duas naturas. ¶ 3 Præt. Aug. dicit contra Felicianum. Aliud est filius Dei, & aliud filius hominis: sed vbiunque est aliud & aliud, ibi sunt duo. ergo Christus secundum quod est filius Dei & filius hominis, est duo.

¶ 4 Præt. Illud quod est vnum supposito fit alterum ex seipso successiue propter diuersum accidens, sicut Sortes tenet a seipso puero: sed sicut differentia accidentalis facit alterum, ita differentia substantialis facit aliud. ergo si idem suppositum mutari possit de vna differentia substantiali in aliam, esset aliud & aliud. pari. ergo ratione si idem suppositum habeat simul duas differentias substantiales, simul erit aliud & aliud. sed habere duas naturas, est habere duas differentias substantiales, quia natura est vniuersum quod informans specifica differentia, vt Boetius dicit in libro de duabus naturis. ergo Christus simul est aliud & aliud, & ita simul est duo.

¶ 5 Præt. Vnum quodque est illud quod vere de eo prædicatur: sed aliud prædicat hoc nomen homo de Christo, & aliud hoc nomen Deus: hoc enim prædicat vtrunque nomen, quod significat. Sicut enim hoc nomen album nihil aliud significat quam qualitatem, secundum Philof. ita hoc nomen homo nihil aliud significat quam humanitatem, quæ est aliud a diuinitate quam significat hoc nomen Deus. ergo Christus est aliud & aliud, & ita est duo. Sed dicendum, quod hoc nomen homo in sui significatione includit suppositum humanitatis, quod non est aliud a supposito diuinitatis: & ideo Christus secundum quod est Deus & homo, non est aliud & aliud.

¶ 6 Sed contra. Ad diuersitatem aliquorum, non requiritur quod sint diuersa secundum omne quod in eis est, sed sufficit si secundum aliquid sunt diuersa: homo enim & alius conueniunt quidem in aial, sed differunt rationali & irrationali differentia. Ad hoc ergo, quod aliud prædicat hoc nomen homo de Christo, & aliud hoc nomen Deus, sufficit si natura significata sit alia & alia. Quis sit suppositum idem.

¶ 7 Præt. Christus in quantum, Deus, est aliquid vniuersitate increata: in quantum autem est homo, est vnum vniuersitate creata: sed vniuersitate creata & vniuersitate increata sunt duæ vniuersitates, ergo Christus est duo.

¶ 8 Præt. Sequitur, Christus est vnum tantum. ergo est hoc & non aliud. a destructione consequentis sequitur, si non potest dici quod Christus sit homo & non aliud quod non possit dici quod Christus non sit vnum tantum: sed hæc est falsa, Christus est homo tantum. ergo Christus est homo & aliud, & ita Christus est duo.

¶ 9 Præt. Hæc propositio, Christus est Deus & homo, est propositio plures, cum sit de prædicato copulato: sed omnis talis propositio prædicat plura. ergo Christus non est vnum tantum, sed plura.

¶ 10 Præt. Secundum Philof. in 3 Met. ex pluribus, quorum vnum est in potetia & aliud non, non fit aliquid vnum, sed multa: vnde cum dico, homo est aial bipes, prædicatur de homine aliquid vnum, non autem cum dico, Sortes est albus musicus: sed humanitas & diuinitas non se habent vt potetia, & actus. ergo cum dico, Christus est Deus & homo, non ponitur vnum, sed multa: & ita Christus non est vnum, sed duo.

¶ 11 Præt. Suppositum dicitur id, quod est subsistens: sed alia ratio subsistendi est filij hominis, & filij Dei. ergo est aliud: & aliud suppositum: & ita Christus non est vnum, sed duo.

¶ 12 Præt. Differentia cõducit ad pluralitatem: sed ma-

xima differentia est inter humanam naturam, & diuinam. ergo maxime Christus est duo.

¶ 13 Præt. Nihil vnum potest participare incommpossibiles proprietates sed Christo conueniunt incommpossibiles proprietates, sicut esse æternum, & in tempore natum, infinitum, & loco circumscriptum, & alia huiusmodi. ergo Christus non est vnum, sed duo.

¶ 14 Præt. Christus est homo: homo autem est humanitas, quæ essentia rei est idem cum eo cuius est essentia, vt dicitur in 7. Metaph. ergo Christus est sua humanitas. Est etiam diuinitas. Cum ergo humanitas non sit diuinitas, sequitur quod Christus non sit vnum, sed duo.

SED CONTRA, Christus non est duæ personæ, nec duæ hypostases, nec duo supposita, vt ex prædictis patet: nec duæ naturæ, quia humana natura non prædicatur de Christo, ergo Christus non est duo.

¶ 2 Præt. Secundum Boet. vnum quodque ideo est, quia vnum numero est. Si ergo Christus non sit vnum, sequitur quod non sit ens.

¶ 3 Præt. Ea quæ de se inuicem prædicantur, non ponunt in numerum: sed homo, & Deus de se inuicem prædicantur in Christo. ergo Christus non est duo, secundum quod Deus, & homo.

¶ 4 Præt. Maior est vnio diuinæ, & humanæ naturæ in Christo, quam vnio accidentis, & subiecti, vt supra habitum est: sed accidens, & subiectum sunt vnum numero secundum Philof. ergo multo magis Christus est vnum secundum quod Deus, & homo.

¶ 5 Præt. Athana. dicit de Christo quod Licet Deus sit & homo, non duo tamen, sed vnus est Christus.

¶ 6 Præt. Quod factum est vnum, vnum est, sicut quod factum est album, est album: sed sicut Hugo in lib. de sacramentis, verbum Dei est factum vnum cum homine. ergo Christus Deus, & homo existens, est vnum.

¶ 7 Præt. Vnitas est, quæ vniuersum quodque dicitur vnum: sed post vnitatem Trinitatis maxima vnitas est verbi incarnati. ergo est maxime vnum.

RESPON. Dicendum, quod masculinum genus, quæ est formatum, conuenit ad personam referri. & ideo manifestum est, quod Christus non est duo masculinæ, sed vnus: quia in Christo non sunt duæ personæ, sed vna: quidam vero ponentes in Christo vnam personam, posuerunt in Christo duo supposita, aut duas hypostases, vnam filij Dei, aliam filij hominis: vnde licet non dicerent Christum esse duos masculinæ propter vnitatem personæ, dicebant tamen ipsum esse duo neutraliter, propter dualitatem suppositorum: sed quia hæc etiam opinio repugnat fidei veritati, vt supra habitum est, ideo hæc opinio prætermissa, considerandum est vtrum supposito, quod in Christo sit vna hypostasis, & vnum suppositum, vtrum Christus debeat dici duo neutraliter, vel vnum. Ad cuius euidenciam considerandum est, quod vnum denominatiue dicitur, quod habet vnitatem, sicut album, quod habet albedinem, siue quod ei subijcitur: & eadem ratione multa denominatiue dicitur a multitudine, & duo a dualitate. Quia vero vnum conuertitur cum ente, sicut est esse accidentale, & esse substantiale, ita dicitur aliquid esse vnum, vel multa, vel secundum formam accidentalem, vel secundum substantialem. Secundum quidem formas accidentales dicitur aliquid multa, quod est subiectum diuersis formis accidentalibus, vel successiue, vel simul. Successiue quidem, sicut Sortes sedens est alter a se stante: vnde fortis in quantum est prius stans, & postea sedens, est multa successiue. Simul autem sicut Sortes

Com. 20.

Art. præced.

In li. de Tri. & vno, no. 2. p. cul a prin.

Art. r. huius quæst.

5. Metaph. 6. 7. tom. 3.

In suo sym. Quicunque.

Lib. 2. par. 1. cap. 4. & 9.

3. p. q. 17. art. 1. & 1. scrip. dist. 6. q. 2. art. 1.

Art. præced.



inquantū est albus & musicus est multa. Quod enim animal bipes, quod prædicatur de Sorte, sit vnū & non multa, ex hoc contingit, quia vnū eorū comparatur ad alterum, vt potentia ad actum, vt dicitur in 8. Meta. album autē & musicum, non sic se habent adinuicem. & ideo Sortes inquantū est albus & musicus est multa, non quidē simpliciter, sed secundū quid. sicut & secundum accidentia, dicitur aliquid esse secundum quid, & non simpliciter: secundum substantiam autem dicitur aliquid vnū & multa simpliciter sicut ens. sed secundum Philo. in 5. Meta. substantia secundum duos modos dicitur, scilicet suppositum, quod de alio nō prædicatur, & forma vel natura speciei, quæ de supposito prædicatur. & hæc quidē in creaturis puris nō sunt simul vnū & multa. Non dicitur enim vna numero essentia diuersorum suppositorum, nec iterum inuenitur in creaturis puris aliquod vnū suppositum habēs duas naturales substantias: sed hoc singulare est in Christo, primum autem est singulare in tribus personis diuinis. Manifestum est ergo, quod Christus potest dici aliquoties vnū, quia est vnū supposito, & aliquoties multa vel duo, quia est habēs duas naturas, multo amplius quam Sortes de quo prædicatur vnū, inquantū est vnū subiecto: multa, inquantū est vnū simpliciter, & quid secundū quid. Sciendū est ergo quod simpliciter & proprie dicitur aliquid esse tale, quod est secundū se ipsum tale. Dicitur autē aliquid esse secundum se ipsum tale, quod est secundum totum magis quam quod est secundum partē: quia pars non est simpliciter idē toti. Ipsum autem cum sit reciproquū, est relatiuum identitatis, & ideo quod conuenit alicui secundum totum magis conuenit ei simpliciter, quod conuenit ei secundum partem. vnde si aliquid natum sit conuenire alicui secundum totum & partem, si conueniat ei solum secundum partem, dicitur conuenire ei secundum partem simpliciter, sicut si dicitur Aethiops albus dentes: secus autem est de eo, quod non est natum inesse, nisi secundum partem, sicut aliquis dicitur simpliciter crispus, si habeat capillos crispos. Manifestum est autem quod suppositum significatur per modū totius, natura autem per modum partis formalis, vt ex supradictis patet. & ideo cum vnū & multa possint referri & ad suppositum & ad naturam, manifestum est quod si aliquod vnū suppositum habeat plures naturas substantiales, erit vnū simpliciter & multa secundum quid. Cuius signum est, quia ea, quæ differunt supposito & sunt vnū in eo quod per se pertinet ad naturam, sunt plura quidē simpliciter, sed vnū genere vel specie. & ideo e contrario si vnū suppositum habeat multas naturas, erit vnū simpliciter & multa secundum quid. Quia igitur Christus est vnū suppositum habēs duas naturas, sequitur quod sit vnū simpliciter, & duo secundum quid.

**AD PRIMVM** ergo dicendum, quod de hoc Augustinus dicit utrumque Deus & utrumque homo, nō est referendum ad dualitatem suppositi secundum quam Christus simpliciter duo esse diceretur: sed ad dualitatem naturarum per duo nomina significatarum, quæ sunt Deus & homo: quia. s. de Deo prædicantur humana & diuina, & de homine prædicantur etiam diuina & humana.

**AD SECVNDVM** dicendum, quod vnaquæque diuinarum personarū est omnino idē secundum rem cū diuina essentia, nec aliquid addit in persona supra naturā diuinā, quod aliquā diuersitatem substantialem

faciat. & ideo per hoc, quod in natura diuina conueniunt tres personæ, sunt simpliciter vnū: non autē similiter se habet humana natura ad diuinā personam. vnde non est similis ratio.

**AD TERTIVM** dicendum, quod in Christo dicitur esse aliud filius hominis, & aliud filius Dei, propter naturā, & aliam naturā prædicat vtrūque nomē, non propter hoc, quod sit aliud, & aliud suppositum, ad quod sequeretur Christum esse simpliciter duo: scilicet vnū suppositum humanum, & diuinum simul differentia, necesse esset substantialiter differre.

**AD QVARTVM** dicendum, quod diuersa formæ inueniuntur siue in eodem siue in diuersis temporibus, non faciunt aliud simpliciter, si maneat eadem suppositum: sed solum propter suppositum, quando suppositum est diuersum.

**AD QVINTVM** dicendum, quod in hoc nomine albiter intelligitur albedo, & subiectū albedinis: sed albedo determinate, subiectū autē albedinis indeterminate. Nā cū dicimus album, intelligimus aliquod albedinis informatum: non autē determinatum, quod sit illud, sicut determinatur forma. Similiter etiam cū dico hominē, vel aliquid aliud substantialiter dictum, intelligitur habēs humanitatem: sed quia aliquod determinatur ad spēm per suā essentiam, vel naturā, nō autē per suam accedens, in hoc nomine homo determinate intelligitur id, quod est habēs humanitatem magis, quā in hoc nomine albi intelligitur habēs albedinē. & quia id, quod per se determinate intelligitur, est proprie nominis significatio, magis hoc nomen hō significat suppositū humanitatis, quod hoc nomen album subiectū albedinis: quia nec hoc nomen homo significat naturam, nec hoc nomen albus significat naturam, sed solum secundum quod est determinatum in sua singularitate, sed solum secundum quod est determinatum in natura speciei. Quia ergo suppositum humanitatis, & diuinæ in Christo secundum quod conuenit in sua singularitate discretum, est vnū, & ceteræ naturæ determinatis, est quidē simpliciter vnū secundum se ipsum, secundum quod autem duo quantum, scilicet habet duas naturas.

**AD SEXTVM** dicendum, quod ad hoc, quod aliud sit aliud, non oportet, quod secundum totum distingatur: hoc tamen, quod simpliciter sit aliud, oportet quod distinguatur secundum se ipsum.

**AD SEPTIMVM** dicendum, quod ex hoc, quod vnitas naturalis non est vnitas increata, nō potest concludi, quod Christus sit duo: sed quod subsistat in duplici vnitate, quod subsistat in duplici natura.

**AD OCTAVVM** dicendum, quod si Christus esset vnus, esset hō, & non aliud, quā homo, sequeretur, quod vnū omnino. i. & secundū naturā, & secundum quod sit vnū omnino. i. & secundū naturā, & secundum quod sit vnū omnino. i. & secundū naturā, & secundum quod sit vnū omnino. i. & secundum naturam, non autem quod sit omnino simpliciter duo propter vnitatem suppositi.

**AD NONVM** dicendum, quod illud de quo plura prædicantur in oppositione, quod est de copulato prædicato, nō oportet esse plura simpliciter, alioquin Sortes esset plures simpliciter, si sit albus, & musicus. & ideo non oportet, quod sit duo simpliciter, quod sit Christus est Deus, & hō, quod sit duo simpliciter.

**AD X.** dicendum, quod ex diuina natura, & humana nō fit vnū secundum naturam: concurrens enim vnū suppositum, propter quod Christus est vnū.

**AD XI.** dicendum, quod sicut non oportet, quod sit duo filij, propter hoc, quod alia ratione est natura a patre, alia a matre: ita etiam non oportet, quod sit duo filij.

Text. 15. & 56.

Text. 15.

D. 114.

Art. 4. huius quest.

Lib. contra Felicianum. c. 1. nō procul a fine.

dom suppositū, propter diuersam rōnē subsistendi, A qua subsistit inquantum Deus & inquantum homo.

AD XII. dicendum, quod maxima differētia quæ est inter humanam naturam & diuinam, ostendit quod non potest esse vna natura Dei & hominis: non autem ex hoc sequitur, quod non possit esse vnum suppositum vtriusque naturæ.

AD XIII. dicendum, quod nihil prohibet cōtrarias & impossibiles differentias inesse eidem, secundum diuersa, sicut homo secundum animam est incorruptibilis, & secundum corpus corruptibilis, & ita etiam in Christo opposita quædam conueniunt secundum humanam & diuinam naturam.

AD XIII. dicendum, quod hæc est falsa, homo est humanitas. Nō enim omnino idem significatur per vtrunque, quia vt Philof. dicit in 7. Meta. quod quid est. id est essentia vniuscuiusque, est idem cum eo, quantum ad ea quæ sunt per se, non autem quantum ad ea, quæ sunt per accidens. & ideo quicquid sit illud cui potest aliquid accedere præter naturam suæ speciei, non est omnino idem cum sua essentia: homini autem multa accidunt præter essentiam speciei: vnde patet quod non est omnino idem homo, & humanitas. Nam humanitas dicitur quia aliquis est homo, & sic in sua significatione includit sola ea, quæ pertinet ad essentiam speciei: homo autem dicitur, qui habet humanitatem, in quo etiam multa sunt alia præter essentiam speciei.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum in Christo sit vnum tantum esse.

QVARTO queritur, vtrum in Christo sit vnum tantum esse, & videtur quod non. In Christo enim est esse diuinum & humanum, quæ non possunt esse vnum, quia esse non dicitur vniuoce de Deo & creaturis. ergo in Christo non est tantum vnum esse, sed duo.

¶ 2 Præ. Cuiuslibet formæ respondet suū esse. Aliud enim est esse album & aliud esse hominem: sed in Christo sunt duæ formæ, quæ, Cum in forma Dei esset, formā serui accepit, vt dicit Philip. 2. non tamē formam Dei deposuit. ergo in Christo est duplex esse.

¶ 3 Præ. Secundum Philof. in 2. de Anima. Viuere viuentibus est esse: sed in Christo est duplex vita, scilicet humana quæ fuit priuata per mortem, & diuina quæ per mortem priuari non potuit. ergo in Christo non est tantum vnum esse, sed duo.

SED CONTRA. Quicquid est vnū simpliciter, est vnum secundum esse: sed Christus est vnum simpliciter, vt supra habitum est. ergo in eo est vnum esse.

RESPON. Dicendum, quod huius quæstionis est quodammodo eadem rō & præmissa, quæ de eodem dicitur de deo esse vnum, & ens. Esse enim, proprie & vere dicitur de supposito subsistente. Accidentia enim & formæ non subsistentes, dicuntur esse, inquantum eis aliquid subsistit, sicut albedo dicitur ens, inquantum ea est aliquid album. Considerandum est autem, quod aliquæ formæ sunt, quibus est aliquid ens nō simpliciter, sed secundum quid, sicut sunt oēs formæ accidentales. Aliquæ autem formæ sunt, quibus res subsistens simpliciter habet esse, quæ videlicet cōstituunt esse substantiale rei subsistentis. In Christo autē suppositum subsistens est persona filij Dei, quæ simpliciter substantificatur per naturam diuinam, nō autē simpliciter substantificatur per naturam humanam,

quia persona filij Dei fuit ante humanitatem assumptam: nec in aliquo persona est augmentata, seu perfectior per naturam humanam assumptam. Substantificatur autem suppositum æternum per naturam humanam, inquantum est hic homo. & ideo sicut Christus est vnum simpliciter propter vnitatem suppositi, & duo secundum quid, propter duas naturas, ita habet vnū esse simpliciter propter vnū esse æternum æterni suppositi. Est autem, & aliud esse huius suppositi, non inquantum est æternum, sed inquantum est temporaliter homo factū. Quod esse, etsi non sit esse accidentale, quia homo non prædicatur accidentaliter de filio Dei, vt supra habitum est, non tamen est esse principale sui suppositi, sed secundarium. Si autem in Christo essent duo supposita, tunc vtrumque suppositum haberet proprium esse sibi principale, & sic in Christo esset simpliciter duplex esse.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod esse humanæ naturæ non est esse diuinæ. Nec tamen simpliciter dicendum est, quod Christus sit duo secundum esse, quia non ex æquo respicit vtrumque esse suppositi æterni, & similiter etiam dicendum est ad alia.

ARTICVLVS V.

Vtrum in Christo sit vna tantum operatio.

QVINTO queritur, vtrum in Christo sit vna tantum operatio, & videtur quod sic. Dicit enim Dion. in epist. ad Gayum monachum. Deo homine factō, noua quadam Dei, & hominis operatione conuersatus est. Non autem esset noua operatio Dei, & hominis, nisi esset vna & eadem operatio vtriusque. ergo in Christo est vna operatio Dei, & hominis.

¶ 2 Præ. Quæ concurrunt ad eandem operationem, non diuersificat operationem. sed diuinitas, & humanitas in Christo concurrunt ad eandem operationem, sicut ad sanationem leprosi concurrunt diuina virtus, & carnis tactus.

¶ 3 Præ. Actio procedit ab agente per aliquod principium actionis, sicut calefactio ab igne per calorem. ergo oportet, quod multitudo, & vnitatis actionis consideretur, vel ex parte agentis, vel ex parte principij quo agens agit: sed numerus actionū in Christo non accipitur secundum principium quo agens agit, quia sic essent multo plures actiones Christi, quam duæ secundum diuersitatem potentiarum animæ. est ergo dicendum, quod sit vna actio in Christo propter vnum suppositum agens.

¶ 4 Præ. Principalis agentis, & organi est vna, & eadē actio, sicut fecit est actio carpentarij, & feræ: sed humanitas in Christo fuit organū diuinitatis in Christo, sicut dicit Dam. 3. lib. ergo vna, & eadē est actio humanitatis, & diuinitatis in Christo.

¶ 5 Præ. Suppositorum est agere. In Christo autē non est aliud suppositum, nisi suppositum æternū, de quo non potest dici, quod agat virtute naturæ humanæ, quia sic acciperet aliquid ab humana natura, & haberet esse, & actualitatem per humanam naturam, quia vnumquodque agit inquantum est ens actu. ergo nulla actio est in Christo, nisi quæ sit virtute diuinæ naturæ. non sunt ergo duæ actiones in Christo secundum duas naturas, scilicet diuinā, & humanam.

¶ 6 Præ. Suppositum coniunctius est naturæ diuinæ quam operatio: sed humana natura in Christo non habet proprium suppositum, propter vnitatem ad diuinam. ergo multo minus habet propriam operationem. Quæst. dist. S. Tho. HH. 3. ratio.

Ar. 1. huius quæst.

In epist. ad Gayum. Ogeris quidem. in si. illius.

Lib. 3. ca. 25. a medio.

ratione. Nō ergo in Christo sunt duę operationes. ¶ 7 Præt. Operationes sunt cōiuncti: vñ Philo. dicit in 1. de Anima, q̄ qui dixerit animā intelligere, simile est, ac si dixerit eā texere, vel edificare: sed Christi est vna persona in qua cōiuncta est humanitas diuinitati. ergo in Christo est vna tantum operatio.

¶ 8 Præt. Prima, & precipua opatio intellectualis naturæ est ipsum intelligere: sed intelligere nō est operatio in exteriorē naturā transiens: sed in ipso agente manens. Agere autē est suppositi. In Christo autē est vnum tm̄ suppositum increatum, q̄ est simplex. Cum ergo in vno simplici non possit esse duplex intelligere, videtur q̄ in Christo non possint esse duę intellectuales operationes.

¶ 9 Præt. Operatio cuiuslibet rei sequitur proprietatē ipsius: sed secundū Damasc. duæ naturæ in Christo cōmunicāt sibi sua idiomata. i. suas proprietates propter vnitatē suppositi. ergo pari rōne est ibi cōmunicatio operationum. & ita non sunt distinctæ operationes secundum distinctionem naturarum.

¶ 10 Præt. Oēs operationes in vno homine reducuntur ad vnum primum principium. scilicet ad voluntatem, quæ mouet alias oēs potentias ad agendū: sed similiter in Christo est ponere vnum primū principium, scilicet diuinitatē, a qua eius humanitas mouebatur. & ita operationes humanitatis referuntur in ipso ad diuinitatem, sicut ad primum principium. ergo in Christo est vna tantum operatio.

¶ 11 Præt. Sicut aīa rationalis, & caro est vnus homo: ita Deus, & homo vnus est Christus, vt Athan. dicit: sed operatio corporis humani, vel animæ rationalis dicitur operatio humana. ergo operatio, tam diuinitatis, quam humanitatis Christi debet dici operatio christiana: & sic non erit in Christo, nisi vna operatio, sicut est vnus Christus.

¶ 12 Præt. Ois operatio procedit ab aliqua forma, vel virtute: sed agēs principale non dat aliquā formā, vel virtutē instrumento. ergo instrumentū nō habet aliquam operationem, in quantum est instrumentū: sed humana natura in Christo fuit organū diuinitatis, vt Damasc. dicit. ergo humana natura in Christo nō habet aliquam operationem. Sic ergo in Christo est vna tantum operatio diuinitatis.

¶ 13 Præt. Actio informat agentē: in Christo autē est tantum vnum suppositum, scilicet æternum, qd̄ non potest informari operatione creata. Cū igitur agere sit suppositi, videtur quod in Christo non sit aliqua operatio creata, & ita est ibi vna tantum increata operatio.

¶ 14 Præt. Vnius vna est operatio: sed Christus est vnum simpliciter loquēdo, vt supra dictum est. ergo in Christo est vna tantum operatio.

SED CONTRA est, qd̄ in sententia sextæ Synodi dicitur: duas naturales operationes indiuisē, in cōuertibiliter, inconfuse & inseparabiliter, in eodem Domino Iesu Christo vero Deo nostro glorificamus: hoc est diuinam, & humanam operationem.

¶ 1 Præt. Damasc. dicit in 3. lib. duas actiones dicimus in domino Iesu Christo, habet. n. vt patri cōsubstantialis, diuinam actionem, & vt homo factus, humanam naturam actionem.

¶ 2 Præt. Sicut in Trinitate est vna natura in tribus personis, ita in Christo sunt duæ naturæ in vna persona: sed totius Trinitatis est vna operatio propter vnitatem naturę. ergo in Christo sunt duę operationes propter dualitatem naturarum.

¶ 3 Præt. Boet. dicit in libr. de duabus naturis, q̄

natura est quæ agere & pati potest, & ita actio sequitur naturam: sed in Christo sunt duæ naturæ. ergo etiam duæ actiones.

¶ 5 Præt. Operatio sequitur virtutem, virtus autē est sentia, quæ est natura rei. vbi ergo sunt duæ naturæ, sunt duæ virtutes, & p̄ cōsequēs duę operationes. & sic in Christo non est vna tm̄ operatio: sed duæ.

RESPON. Dicendum, quod vnitas & pluralitas actionis potest ex duobus considerari, vno modo ex parte subiecti agentis, & ex hoc consideratur vnitas seu pluralitas actionis secundum numerum sicut & quodlibet aliud accidens habet numerum vnitatem vel pluralitatē ex parte subiecti: hoc enim visio vel auditio Sortis est alia numero a visione, vel auditione Platonis. Alio modo, potest considerari vnitas vel pluralitas actionis ex parte principij, quod agens operatur. & ex hoc actio dicitur esse vna vel plures secundum speciem, sicut visio & auditio sunt operationes specie differentes: procedit enim ab agente secundum rationem virtutis, quæ agit. Nec obstat quod actiones recipiunt speciem secundum obiecta, quia determinatæ virtutes determinata obiecta respiciunt. Considerandum tamen quod virtus, quæ est actionis principium, ab alia superiori virtute moueatur; operatio ab ipsa procedit non solum est actio, sed etiam passio, in quantum aliter procedit a virtute, quæ a superiori mouetur. In homine autē omnes virtutes sentitūz partis mouetur quodammodo a voluntate, sicut a quodam primo principio: & ideo & audire & videre & imaginari, & concupiscere, & irasci non tantum sunt actiones, sed etiam quædam passionis processus motione voluntatis, in quantum scilicet homo ex propria uoluntate ad prædicta progreditur: & ideo licet in vno homine secundum diuersas potentias & habitus videantur esse plures actiones specie differentes: tamen quæ oēs procedunt ab vna prima actione voluntatis, dicitur esse vna actio vnus hominis. si vnus artifex per multa instrumenta operatur, vna eius operatio diceretur. Secundum ergo hunc modum aliqui posuerunt, qd̄ in Christo est vna tantum operatio, eo qd̄ humana natura in eo, diuina operationi subijcitur, & ab ea mouetur. & sic actio humanæ naturæ in comparatione ad diuinam, tamquam diuinæ actionis dicebatur in Christo esse vnā tantam actionē. sed hoc irrationabiliter dicebatur, diuina ratione: primo quidem, quia quæcunque virtus nō habet dominium sui actus, sic a superiori mouetur, q̄ ipsa non agit: sed potius agit: unde & Phil. dicitur 6. Ethic. quod sensus non est alicuius actionis principium: sed uirtus, quæ habet dominium sui actus, scilicet uoluntas, sic mouetur a superiori, scilicet Deo quod non solum agit: sed etiam agit, & quæ in Christo secundum humanam naturam est creatura potētia uoluntatis, sicut & intellectus creatus, nihil ei desit eorum, quæ pertinent ad perfectiōnem naturæ humanæ; consequens est qd̄ motus uoluntatis humanæ in Christo actio sit & non solum meretur alioquin secundum humanam naturam alicuius speciei & unitatem habet a primo principio pertinet ad eandem naturam, sicut uoluntas, a qua habentur operationes omnes actiones humanæ, non enim operationes intrinsecum humanæ naturæ, non enim operationes alique actiones habent unitatem ex hoc, quod ducuntur in aliquod primum principium actus naturæ.

Li. 3. c. 8. non multum remota a sup.

In Symb. qd̄ in ecclesia canitur. Qui sumque.

Lib. 3. c. 15. a medio.

Ar. 3. huius quæst.

Actione 2. a mod. & seq. tom. 2.

Cap. 14. & 65.

Non multum remota a princip. lib.

nature, alioquin sequeretur qd omnium rerum esset A actio vna, qd est vnum primum principium mouens oia, s. Deus. Sic igitur & si humana natura in Christo moueatur a diuina, quia tamen sunt duae nature distinctae, necesse est etiam qd sint duae actiones. Quia igitur ex hoc quod aliquis ponit vnam actionem in Christo, sequitur qd sit ibi vna sola natura & vna sola voluntas ideo haec positio est tanquam haeretica in sexta synodo condemnata.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd operatio Christi secundum humanitatem dicitur Theandrica, idest Dei virtutibus inquantum humanitas Christi agebat in virtute diuina. & ex hoc actio humanitatis erat salutaris, sicut instrumentum agit in virtute agentis. & pro tanto dicitur noua actio facta, quia de nouo factum est qd humanitas Christi est instrumentum diuinitati coniunctum in unitate personae, non autem ita, quod ex duabus actionibus sit una compositio.

AD SECVNDVM dicendum, qd diuinitas & humanitas Christi concurrerant ad eandem operationem inconfusa, quia utraque natura, ut in epistola Leonis Papae dicitur agebat, quod est sibi proprium cum communionem naturae alterius, puta, qd diuina virtus sanabat leprosum coexistente tactu humani corporis, qui fortiebatur efficaciam ex virtute diuina.

AD TERTIVM dicendum, qd in Christo oes actiones ad humanam naturam pertinentes reducuntur in vnam actionem propter vnitatem connaturalis principij, scilicet, voluntatis. Non est autem eadem ratio de humanitate & diuinitate, vt dictum est.

AD QVARTVM dicendum, qd humana natura in Christo non est tale infirmum qd solu agatur: sed qd et est principium actionis, inquantum habet dominium sui actus.

AD QVINTVM dicendum, qd aliquid agit virtute alterius dupliciter. Vno modo, inquantum mouet a virtute illius, sicut calor naturalis agit in virtute aiae. Alio modo, inquantum aliquid agens virtute alicuius infirmi, sicut aia videt virtute oculi. & hoc modo suppositum eternum agebat virtute humanae naturae.

AD SEXTVM dicendum, qd suppositum est quod est ab alijs distinctum. & ideo si natura humana haberet per se suppositum repugnetet vnioni personali. Operatio autem non importat rationem alicuius distinctionis, & ideo ratio non sequitur.

AD SEPTIMVM dicendum, qd operationes sunt coniunctae ex pluribus convenientibus in vnam naturam. Talis autem non est coniunctio diuinitatis & humanitatis in Christo, vnde ratio non sequitur.

AD OCTAVVM dicendum, quod id ipsum intelligere est intrinsecum intellectui. Sunt autem in Christo duo intellectus, scilicet creatus & increatus. & ideo etiam est ibi duplex intelligere.

AD NONVM dicendum, qd in Christo est coeactio idiomatum. Non qd sit aliqua proprietatum naturalium confusio: sed quia proprietates vtriusque naturae dicuntur de eodem supposito, & eadem est communicatio operationum, quia est idem suppositum cui attribuitur eadem operatio diuina & humana.

AD X. dicendum, qd voluntas est principium connaturale alijs potentijs animae, non autem diuinitas est connaturalis humanitati: vnde non est similis ratio.

AD XI. dicendum, quod ista similitudo Athanasij attenditur quantum ad vnitatem personae, non quantum ad vnitatem naturae. Anima enim & corpus conueniunt in vnam personam, & in vnam naturam. & ideo de vna operatio humana. Diuina autem natura & humana conueniunt in vnam personam: sed

non in vnam naturam, & per consequens in vna actionem.

AD XII. dicendum, qd agens non semper dat instrumento nouam formam, vel uirtutem quiescentem in ipso, & tamen instrumentum inquantum mouetur ab agente consequitur quandam intentionalem uirtutem per influxum agentis, qui per instrumentum transit in effectum.

AD XIII. dicendum, qd sicut visio informat hominem mediante oculo: ita etiam actio creata informat suppositum aeternum mediante natura humana.

AD XIV. dicendum, qd Christus est vnus simpliciter propter suppositum, sunt tamen in eo duae naturae. & ideo Christus est vnus agens: sed sunt in eo duae actiones.

Explicit questio de unione verbi incarnati sancti Thomae de Aquino ordinis praedicatorum.

QVAESTIO I.

De virtutibus in communi.

In tredecim articulos diuisa.

¶ Primo Enim queritur, utrum uirtutes sint habitus.

¶ Secundo, Vtrum definitio virtutis, quam Augustinus ponit, sit conueniens.

¶ Tertio, Vtrum potentia animae possit esse uirtutis subiectum.

¶ Quarto, Vtrum irascibilis, & concupiscibilis possint esse subiectum uirtutis.

¶ Quinto, Vtrum uoluntas sit subiectum uirtutis.

¶ Sexto, Vtrum in intellectu practico sit uirtus sicut in subiecto.

¶ Septimo, Vtrum in intellectu speculatio sit uirtus.

¶ Octauo, Vtrum uirtutes infint nobis a natura.

¶ Nono, Vtrum uirtutes acquirantur ex actibus.

¶ Decimo, Vtrum sint aliqua uirtutes homini ex infulsione.

¶ Undecimo, Vtrum uirtus infusa augeatur.

¶ Duodecimo, De distinctione uirtutum.

¶ Tertiodecimo, Vtrum uirtus sit in medio.

Vtrum uirtutes sint habitus.

ARTICVLVS PRIMVS.

QVAESTIO est de uirtutibus in communi. Et primo queritur, utrum uirtutes sint habitus. Et uideatur, qd non: sed magis actus. Augustinus dicit in lib. Retracta. qd bonus usus libe. arb. est uirtus: sed usus libe. arb. est actus, ergo uirtus est actus.

¶ 2 Praet. Praemium non debetur alicui, nisi ratione actus: debetur autem omni habenti uirtutem, qd quicunque in charitate decedit, ad beatitudinem perueniet, ergo uirtus est meritum. Meritum autem est actus. ergo uirtus est actus.

¶ 3 Praet. Quanto aliquid est in nobis Deo similius, tanto est melius: sed maxime Deo simulamur secundu, qd sumus in actu, qui est actus purus. ergo actus est optimum eorum, quae sunt in nobis: sed uirtutes sunt maxima bona, quae sunt in nobis, vt Augustinus dicit in lib. de libe. arb. ergo uirtutes sunt actus.

¶ 4 Praet. Perfectio uiae respodet perfectioni patriae.

Quest. di. S. Tho. HH 4 sed

1. 2. q. art. 1. li. 1. retracta. c. 9. a. n. c. d. tom. 1.

li. 2. ca. 18. & 19. to. 1.